Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



XV.

Contra stoicos de affectibus animi.

Affectionum loci in homine.

posse contra rem rationemq; nature:

Hec h. naturalia esse non voluntaria omnium rerum ratio demonstrat: que ipsa omnibus quatitur affectibus: Peripatetici ergo rectius: qui hec omnia detrahi negant posse: Quia nobiscum simul nata sunt: Conantur ostendere: q̃ p̃ uidenter Necessario deus siue natura. Sic h. debent his nos armauit affectibus: quos tamen quia uitiosi plerumq; fiunt: si nimij sint: posse ab homine adhibito modo salubriter temperari: ut tantum hominis q̃tum natura satis est: relinq̃tur: Non insipiens disputatio: si: ut dixi: non ad hanc uitam omnia referuntur. Stoici ergo furiosi: quia ea non temperent: sed abscindunt: rebusq; a natura insitis castrare hominem quodam̃o volunt: quod tale est: quale si velint: aut metum detrahere ceruis: aut venenum anguibus: aut iram feris: aut pluridinem pecudibus: nam que singula mutis animalibus data sunt: ea vero uniuersa homini simul: Quod si ut medici affirmant: Lentie affectus in splene est: Ire in felle: libidinis in iecore: timoris in corde: facinus est interficere animal ipsum: q̃ ex corpore aliquid euellere: quod est animantis naturam uelle inuitare: Sed homines prudentes no intelligunt: cum uitia ex homine tollunt: Se uirtutem tollere: cui solum locum faciunt: Nam si uirtus est in medio ire impetu. seipsum cohibere ac reprimere: quod negare non possunt: Caret ergo uirtute qui ipsum carere: Si uirtus est libidinem corporis continere: uirtute careat necesse: qui libidinem: quam temperet: non habet: Si uirtus est cupiditate ab alieni appetitione frenare: nullam certe uirtutem p̃ot habere: qui caret eo: ad quod cohibendum uirtutis usus adhibetur: Vbi ergo uitia non sunt: nec uirtus quidem locus est: sicut nec uirtute quidem: ubi adusarius nullus est: sta fit ut bonum sine malo esse in hac uita no possit: Affectus igitur q̃ ubertas est naturalis animorum: Nam sicut in sentes ager: qui est natura fecundus exuberat: sic animus meliores uitiis sua sponte inualescentibus: uelut spinis obducitur: Sed cum uerus cultor accesserit statim cedentibus uitiis fruges uirtutis oriuntur: Deus itaq; cum hominem primum fingeret: mirabili prouidentia ingeneuit ei prius istas animi commotiones: ut possit capere uirtutem sicut terra agri culturam. posuitq; materiam uitiorum in affectibus uirtutis in uitiis: Que profecto aut nulla erit: aut in usus esse non poterit: si desint ea: per que uis eius aut apparet aut constat: Videamus nunc ijdem illi: qui uitia penitus decidunt excidunt: